



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

§. Cùm autem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

676 Decret. Greg. Lib. I. eod. Tit. in 6. Cap. IV.

Vide quæ dicta sunt in c. suspicionis 39. extrâ, eod.

2 Sed queri hîc potest? Si unus ex duobus Iudicibus causâ alteri subdelegauit, is autem ut suspectus recusatetur, quis de causa suspicionis cognoscere debet? Respondeo & Dico I. Si tota causa alteri subdelegata sit, & antequam citatio facta, partes suspicionis causam proponant subdeleganti, poterit is de ea cognoscere, iuxta c. super quæstionum, 27. §. Porro, extrâ eod. & tradit. Dominic. hic col. vlt. post Innoc. quem refert & sequitur Gl. hic ver. Episcopi.

Dico II. Si subdelegatus à parte iam citata tanquam suspectus recusatetur, distinguendum est, vtrum tota causa subdelegata sit, an pars: Si pars tantum sive articulus, subdelegans cognoscet, vti Gl. hic docet cit. ver. Episcopi. argum. cit. c. super qq. §. Si vero. Sin tota causa alteri commissa sit, tunc arbitri eligendi sunt: Vel Iudex condelegatus cognoscet, si adiecta sit clausula, *Quod si non ambo*; vti colligitur ex hoc c.

§. Cùm autem.

3 S I contra delegatum ab Episcopo suspicionis causa opponatur, de ea Episcopus cognoscere debet. Idemque seruari debet, si Officialis Episcopi tanquam suspectus recusatetur. Tametsi enim ab Officiali ad Episcopum appellari impossibile sit, c. 2. de conseru. in 6. potest tamen ad eum recurri, vt de causa suspicionis cognoscatur.

Rationem discriminis dat Gl. fin. Quia de substantia appellationis est, vt tendat ad aliud tribunal maius, sive Iudicem maiorem. At causa recusationis etiam à pari, v. g. condelegato; imò etiam à minoribus, videlicet arbitris, cognosci potest. Aliam rationem assert Gl. marginal. ex Anchiano hic not. vlt. Quia appellatio respicit iurisdictionem, quæ eadem est in Episcopo & Officiali eius. At vero recusatio respicit personam, quæ diuersa est; ideo appellatio ab Officiali ad Episcopum fieri nequit: Sed recusatio Officiali, non ideo etiam Episcopus recusatetur.

Sed quid si causa suspicionis perinde Epis-

copum, ac Vicarium afficiat, vti videre est in c. insinuante, 25. extrâ, eod. quis tum cognoscet? Respond. cum Dominis in fine huius c. Arbitros eligendos esse, iuxta c. etim speciali, 61, de appellat. Quod ipsum quoque agendum esse ait hic Ioann. And. & Anchranus, not. 4. si Episcopus in remotis partibus sit, vt ad ipsum quæstio referri facile non possit.

N O T A N D V M Vn. Tametsi Iudex ordinarius, vel delegatus cognoscere possit, an sua sit iurisdictio, l. 2. ff. Si quis in ius vocatus, l. si quis in aliena, 5. ff. de iudicijs, limitari tamen debet: nisi dubium existat circa ipsam Iudicis personam; vt si obijciatur, quod sit excommunicatus, infamis, amens & similiiter, si vt suspectus recusatetur, de tali exceptione Iudex cognoscere non potest, quia sicut suspectus, aut deficiens censemur in causa principali, ita & in accessoria. Quare hoc causa Superior adeundus est, vel arbitri elegandi. Ita docet Bartolus in l. quidam contulet, n. 3. & seqq. ff. de re iudic. Anchranus, not. 3. Probus addit. 1. in Ioann. Monchum, contra Innoc. c. cùm super, 23 n. 3. extrâ, hoc tit. Imò generalius loquuntur DD. in l. de iure, 37. ff. Ad Municipalem, quod Iudex, cuius iurisdictio in dubium reuocatur, si in de comodum percepturus sit, non posse ipse met pro se sententiam ferre.

CAPITVLVM V.

Iudex.

PARAPHRASIS.

Si à Papa delegatus Iudex legitimè recusatetur possit (quia v. g. dominus est imperans) non prohibetur causam sibi commissam alteri subdelegare, priusquam recusatio contra eum proponatur. Ad eod. vt si in totum causam subdelegari, commissio ex hoc capite impugnari aut recusari non possit: Sin autem partem tantum sive articulum causæ alteri commisit delegatus, tum reculari potest, & commissio eius oppugnari.

SYM.